



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXVI. De Præscriptionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

differunt tantum, sed & perimunt atque elidunt actionem, ut exceptio pacti conventi de non petendo, exceptio rei judicatae, exceptio transactionis & jurisjurandi.

Quando proponenda sunt haec exceptiones ?

Dilatorias quidem regulariter objici oportet ante litem contestatam, vel intra terminum à iudice constitutum, nisi in casibus exceptis. Peremptoriae verò regulariter objici possunt ante & post litis contestationem, usq; ad sententiam, quia post sententiam res judicata habetur pro veritate.

c. Inter 20. inf. de sent. & rejud c. 4. & 12. h. t.

l. 207. de R. l.

De Præscriptionibus.

TIT. XXVI.

Non tantum exceptionibus, sed & præscriptionibus sive usucapionibus se defendere Reus potest, objiciendo Actori, quod rem vel jus, de quo agitur, justè præscripserit, estque hæc exceptio peremptoria præscriptionis.

Quid est Præscriptio seu Usucapio ?

Est adjectio domini per continuationem

Inst. h.t. in pr. tionem possessionis temporis lege definiti,

Qua sunt requisita ad praescriptionem?

Posseſſio continua, bona fides, iustus titulus, id est iusta causa acquiritur: ut quidem res mobilis triennium immobilis decem annis inter praescriptionem

l. ult. C. De praescript. longi tēp. c. 4. 6. 8. 9. C. c. 23. h. t. res. xx. in e absentibus, res vero Ecclesiarum alicujus xl annis, jus denique Ecclesiarum Romanae non nisi centum annorum spatio praescribatur.

9. C. c. 23. h. t. *Quid si ab initio quis bona fide possiderem, verum ante completam usucapionem superveniat mala fides?*

Hæc quidem jure civili non interrumpit usucapionem, eò quòd mala fides superveniens sit facti, usucapio vero juris: at jure Pontificio non attenditur subtilitas juris civilis, quippe intervolvens peccatum mortale, ut nullatenus valeat absque bona fide praescriptio tam canonica quam civilis.

c. ult. h. t.